



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De Simonia in Pensionibus, & pœna Simoniaci c. 92. & 93.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

care similiter iurisdictionis potestatem, seu vices spirituales, est Simonia. Non tamen locare, aut vendere obventiones, & oblationes Ecclesiasticas, ut fructus qui sibi ex iurisdictione contingunt si fiat ad concessum tempus, videlicet ad triennium, vel nouennium, & quanquam nullo iure prohibitum sit. ut tales fructus locentur ad vitam locantis, id tamen honestum non est.

*De Simonia, & Pensionibus, ac
pena Simoniaci. Cap. 92.
& 93.*

Pensionibus, quæ loco beneficiorum dantur, ut pro adiutorio in officio spirituali, non licet vendere, vel emere, at quæ dantur ob seculare officium erga Ecclesiam, vendi, & emi possunt. Licet autem pensiones quæ dantur ob resignationem alicuius beneficii, redi-

mi queant, sine Simonia, etiam si
ne alia facultate, non tamen licet
eas emere vel vendere, cum sit ma-
nifestum Simoniz vitium, sicut
neque licet resignare beneficium
retenta pensione cum pacto redi-
mendi pensionem. Pœna Simo-
niaci est quadruplex, sed duz spe-
ciales, excommunicatio papalis, &
beneficii empti, vel venditi priva-
tio, cum obligatione restituendi
pecuniam acceptam. Huiusmodi
autem pœnz non dantur Simo-
niaco mentali, neque conuencio-
nali, nisi in vno casu, nempe quan-
do iam datum est beneficium, et
pecunia nondum sit soluta, nam
secus quando pecunia est data, sed
beneficium nõdum est traditum,
vel quando intercessit solum pe-
cunium, sed nulla traditio, pœnz
læ non incurruntur. Imo vero
nec in vllõ casu ob Simoniam con-
uentionalẽ illas incurrere, satis pro-
babile est; propter autores qui

sentiunt, incurruntur vero semper
propter Realem, & tunc benefici-
um relinquendum est in mani-
bus conferentis, & pecunia
dada pauperibus vel Eccle-
siæ. Quæ de decimo præ-
cepto dicenda forent,
vide in sexto cõ-
pendiose col-
lecta.

Finis Libri Quinti.

